

quod deficiente accusatore oporteat eidem¹¹ canonicam purgationem indici, ipsum libere permittas exsequi officium sacerdotis. [Dat. Lat. VIII. Kal. Dec. Ao. III. 1200.]

CAP. XV.¹

Summatur etiam, ut supr. eod. cap. Dilectus.

Idem Bisuntino Archiepiscopo².

Ex literis tuae fraternitatis accepimus, quod quidam monachus puer tuae dioecesis ad deponendam³ de campanili campanam subserviens, quia quoddam⁴ lignum casu corruit, ipso movente⁵ in⁶ ecclesia sub campanili quendam puerum⁷ oppressit et occidit. Unde a nobis humiliter postulabas, quid tibi esset super hoc faciendum, petens⁸, ut cum ipso misericorditer dispensetur. Quocirca fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus, si monachus ipse rem necessariam agebat et utilem, et⁹ in loco, per quem aliquem transire non crederet, vel ibidem existere, vel etiam illuc de consuetudine venire, quando lignum movisse dignoscitur, satis poterit, praesertim in monasterio, ad altiores ordines promoveri. [Dat. Rom. ap. S. Petr. Non. Apr. IX. 1206.]

CAP. XVI.¹

Summatur, ut supr. eod. cap. Dilectus.

Idem episcopo Paduano².

Significasti nobis³ per literas tuas, quod, quum F.⁴ clericus cum archipresbytero sancti Fidentii⁵ equitaret, equus, cui insidebat, tam se quam ipsum proiecit in aquam. Unde clericus ipsum graviter calcaribus stimulavit; equus vero, ut⁶ literarum tuarum verbis utamur, quum existeret bucca durus, praeter voluntatem sessoris ruptus in cursum, et male parens habens, quandam mulierem, quam obviam habuit, ex improvviso pedibus interfecit. Quumque nos ab eodem clerico fecissemus inquiri, utrum equi vitium prius scivisset: illud asseruit se ignorasse. Ideoque⁷ fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus inquiras super his⁸ diligentius veritatem, et, si ita est⁹, ad maiorem cautelam iniungas eidem clerico poenitentiam competentem, qua peracta non¹⁰ impedias, quo minus et¹¹ in susceptis ministret ordinibus, et ad maiores valeat promoveri.

CAP. XVII.¹

Non censetur homicida is, quo prohibente et causam non dante a consanguineis homicidium committitur.

Idem².

Petrus, diaconus et monachus sancti Ioannis de Puna³, sua nobis insinuatione monstravit, quod, quum ipsum⁴ quondam⁵ in saeculari habitu constitutum, in ecclesia de Rigelo⁶ beneficium quoddam obtinentem, abbas illius⁷ ecclesiae eodem beneficio spoliasset, cognati et amici eius⁸ abbati saepius supplicaverunt, ut beneficium restitueret sibi memoratum; quo nolente ipsorum precibus acquiescere, irati plurimum et commoti, nocte quadam in domo diaconi conveniunt, et coena facta dicebant, quod vindictam volebant sumere de abbate. Inhibiti autem expresse ab eodem diacono, ne abbatem occiderent, aut aliquid sibi⁹ facerent, unde ordinis sui¹⁰ discrimen incurreret¹¹ et animae detrimentum, nihilominus irruerunt in eum, et plagis impositis abierunt, semivivo relicto, qui¹² post dies aliquot exspiravit¹³. † Ab illo autem tempore usque hodie praedictus diaconus, de eo, quod contigerat, tristis effectus, ab administratione cessavit, et, nondum expleto biennio, habitum induit monachalem. Unde a nobis suppliciter petiti educeri, utrum posset in officio diaconi ministrare,

et, si hoc ei liceret, an posset ad maiorem ordinem promoveri. Licet autem, si praemissis veritas suffragatur, praefatus diaconus super abbatis interitu non videatur¹⁴ esse culpabilis; quia tamen bonarum mentium est, ibi culpam agnoscere, ubi culpa non est, quod¹⁵ ab administratione officii se propria voluntate suspendit, vel habitum induit regularem, sibi non ad peccatum adscribimus, sed ad meritum reputamus. Quocirca fraternitati vestrae¹⁶ per apostolica scripta mandamus, quatenus, si praemissa noveris¹⁷ veritate subnixa, saepe dicto¹⁸ diacono non solum in diaconatus officio ministrare, sed etiam ad ordinem presbyteratus ascendere¹⁹, si aliud canonicum non obstiterit²⁰, liberam²¹ concedas²² auctoritate apostolica facultatem, praesertim si super hoc non fuerit respersus²³ infamia; quum ei non debeat imputari, quod contra prohibitionem eius expressam, eo causam vel occasionem non dante, ausu sacrilego fuit²⁴ ab ipsius²⁵ consanguineis attentatum, [divina scriptura testante, quod anima, quae peccaverit, ipsa morietur etc. Dat. Reate II. Non. Aug. Pont. nostr. Ao. I. 1198.]

CAP. XVIII.¹

Irregularis censetur, qui alium letaliter percussit, licet ab alio fuerit extinctus; idem, si apparet, an letaliter, si etiam percussus ab alio oblit, et non apparet, ex cuius vulnere decesserit. Idem est, si percussus non letaliter, si animum occidendi habuit, et ex aliorum vulneribus percussus exspiravit. H. d. notabiliter. Abbas.

Idem Abbati S. Trinitatis de Meldemburg.²

Significasti nobis per literas tuas, quod, quum quidam maleficus, ingressus ecclesiam de Bleisio³, Dei timore posthabito⁴ eucharistiam cum altarium⁵ ornamentis et libris ecclesiasticis extra [ipsam] ecclesiam asportasset, dilectus filius L.⁶ presbyter lator praesentium ecclesiae [tuae] canonicus regularis, quem in praefata ecclesia de Bleisio institueras capellanum, praefatum iniquitatis filium fossorio arrepto percussit⁷. Sed, si ad mortem fuit⁸ ictus huiusmodi, tu et ipse penitus ignoratis; quem⁹ parochiani ecclesiae videntes ornamenta ecclesiae asportantem, arreptis gladiis et fustibus in eodem loco protinus occiderunt. † Praefatus vero Laurentius de sua salute praecogitans, evoluta anno sub titulo confessionis tibi rei ordinem revelavit, pro quo nobis humiliter supplicasti, ut cum eo misericorditer agere dignaremur. Licet autem continetur in canone, quod, si quatuor homines aut quinque vel plures contra unum hominem rixati fuerint, et ab eis¹⁰ mortuus fuerit vulneratus, quicumque illorum et plagam imposuerit, homicida secundum statuta¹¹ canonum iudicetur; quia tamen in alio canone dicitur de presbytero, qui diaconum equitantem percussit, et ipse, cadens ex equo, cervice fracta interit: quodsi non ad mortem percussus est, incaute agenti presbytero est poenitentia indicenda, ita, quod aliquanto tempore a missarum suspensus solennius, denuo¹² ad sacerdotale officium revertatur, quodsi veraciter qualicumque percussione presbyteri mortuus est diaconus, nulla hic¹³ ratione more sacerdotis permittendus est ministrare, etiamsi voluntatem non habuit occidendi. Nos in praemisso casu credimus distinguendum, utrum constare possit, quod praefatus¹⁴ sacerdos non inflixit¹⁵ percussorem letalem, de qua videlicet, si aliorum non fuisset vulnera subsecuta¹⁶, percussus minime interisset, et si¹⁷ percussor voluntatem non habuerit¹⁸ occidendi, neque¹⁹ ipsius studio, consilio²⁰ vel mandato processerint²¹ alii contra illum. Et quidem, si hoc ita se habet, quod forsitan ex eo posset ostendi, si certa apparuisset²² percussio ab eodem inflicta tam modica et tam levis, in ea parte corporis, in qua quis²³ de levi²⁴ percusi non solet ad mortem, ut peritorum iudicio medicorum talis percussio assereretur²⁵ non fuisse letalis, quum de ceteris credendum sit ipsi sacerdoti, qui non accusatur²⁶ vel denunciatur ab aliquo, sed per se ipsum, de sua salute sollicitus, consilium appetit²⁷ salutare,

Tit. XII. Cap. XIV. 11) ei: Cabc.

Cap. XV. 1) Restitutum ex Reg. Bregu. IX, 42; — Comp. III. c. 3. h. t. (5, 7). 2) inscr. deest: GG; Halberstadensi ep.: Reg.; — Potthast no. 2373. 3) deponendum: GHKabc. 4) quodd.: deest: GHKc Reg. 5) momento: Cgh. 6) in ... campanili: deest: FGHIK. 7) puerulum: Reg. 8) et pet.: Cb. 9) et: deest: FG.

Cap. XVI. 1) Restitutum ex Rain. ap. Bal. I, 594; Alan. 4. (5, 6); Comp. III. c. 4. h. t. (5, 7). 2) scr. co. 1201; — Potthast no. 1328. 3) nob.: deest: FGHIKLN. 4) R.: F; S.: I; H.: CbcT. 5) Fidiattit: T. 6) ut ... ut: deest: T. 7) Ideo: ib. 8) sup. his: deest: ib. 9) si rem invenieris taliter processisse: Coll. cit. 10) nequaquam: ib. 11) et: exstat: FGHIK; etiam: Cb.

Cap. XVII. 1) Restitutum ex Reg. Bal. I, 523; Comp. IV. c. 1. h. t. (5, 6). 2) Oscens et Tirasonensi epp.: Reg.; — Potthast, no. 339. 3) Pina: FK; Pinna: Cbc Reg.; in rell. Codd. nomen corruptum est. 4) illum: Reg. 5) adhuc: ib.: deest: Dbcgh. 6) Rigulo: FHIKdab Reg.; in rell. Codd. nomen corruptum est. 7) ipsius: Dabc. 8) ipsius: Dfgh Reg. 9) et: Dbc Reg. 10) sui: deest: Db. 11) incurrerent: Cont. Böhm. 12) unde:

D Reg. 13) spiritum exhalavit: Reg. 14) videretur: Db; videtur: Dc 15) quod: deest: Db. 16) tuas: ib. 17) noveritis: Df Reg. 18) saepe dictum diaconum: D Reg. 19) accedere: Dacgh. 20) obstat: GH. 21) libere: Dh. 22) concedatis: Reg. 23) add.: similiter: D. 24) propositis: Dacgh; proponis: Db; proponitur: Reg. 25) eius: Dh; deest: Dabcgh Reg.

Cap. XVIII. 1) Restitutum ex Reg. Bal. XII, 59; Comp. IV. c. 2. h. t. (5, 6). 2) Mal.: FHIK; Maloleone: Reg.; — in cell. Codd. et Codd. D nomen corruptum est; — Potthast no. 3767. 3) Briseis: D; et sic deinceps. 4) postposito: ib. 5) ecclesiae: Dbc. 6) Laurentius: GD Reg.; Lau.: HK. 7) percussit: Dh. 8) fuerit: F Reg. 9) Quum autem parochiani ecclesiae memoratae, praedictum maleficum ornamenta viderent (audirent: Dh) eccl. asportantem ipsum arreptis: D Reg. 10) his: D. 11) instituta: Dh. 12) add.: is. 13) hic: deest: Dbc. 14) praedictus: FGDb; probatus: Df. 15) inflixerit: FG. 16) secuta: Db. 17) quodsi: D; quodque: Reg. 18) habuit: MDg Reg. 19) ne: Db. 20) vel cons.: NDfh. 21) processerunt: GHKLMNDacgh Reg. 22) apparuerit: Dbc. 23) quis: deest: Db. 24) leviter: Reg. 25) asseratur: Df; asseretur: Dg. 26) accusatus vel denunciatus: Reg. 27) expetit: ib.